

V
B
J
C

EXILIUM SAPIENTIS,

Sapientiâ ſublevatum,

In

Dionyſio Siciliæ Tyranno;

A

Perilluſtribus, ac Magnificis, in Alma Academia Vilnenſi, Societatis IESU, Sapientiæ ſtudioſis, ludis metagymnaſticis, in ſcenam datum. Anno 1696.



Argumentum.

Dionyſius Siciliæ Tyrannus, Platonis olim auditor, â Dione Syracuſano & Siculis, Regno exul, quæſitus ſub tempus exilii, quid ei Philoſophia profuiſſet? reſpondit: ut æquo animo ferrem talem fortunæ mutabilitatem.

Ex Dictionario Geogr: Poët:

Prologus.

Sapientia, luſtratis regnis, diverſiſq; illorum vicibus notatis, peregrina, Siciliæ regnum, ſub ſapiente rege, Tyrannide oppreſſum videns, ab hac illud vindicare ſtatuit.

ACTUS 1mus.

Scena 1ma. Dionyſius contra Syracuſanos copias ducturus, victoriâ ſperatâ ſuperbiens ſeriem futuri de illis triumphi monſtraturus, Senatorum Siciliæ natis triumphali currui junctis vectus, Legatos Syracuſanos de pace tractaturos, ad ſe veniſſe nuntium accipit. jubet eos ſibi ſic

EXILIUM SAPIENTIS,
Sapientiâ ſublevatum,
In
Dionyſio Siciliæ Tyranno;
A
Perilluſtribus, ac Magnificis, in Alma Academia Vilnenſi, Societatis IESU, Sapientiæ ſtudioſis, ludis metagymnaſticis, in ſcenam datum. Anno 1696.



Argumentum.

Dionyſius Siciliæ Tyrannus, Platonis olim auditor, à Dione Syracuſano & Siculis, Regno exul, quæſitus ſub tempus exilii, quid ei Philoſophia profuiſſet? reſpondit: ut æquo animo ferrem talem fortunæ mutabilitatem.
Ex Dictionario Geogr: Poët:

Prologus.
Sapientia, luſtratis regnis, diverſiſq; illorum vicibus notatis, peregrina, Siciliæ regnum, ſub ſapiente rege, Tyrannide oppreſſum videns, ab hac illud vindicare ſtatuit.

ACTUS 1mus.
Scena 1ma Dionyſius contra Syracuſanos copias ducturus, victoriâ ſperatâ ſuperbiens ſeriem futuri de illis triumphi monſtraturus, Senatorum Siciliæ natis triumphali curru junctis vectus, Legatos Syracuſanos de pace tractaturos, ad ſe veniſſe nuntium accipit. jubet eos ſibi ſic

trium-

triumphanti ſiſti.

Scena 2da. Mendicus quidam itineri triumphali aſſidens, bene Tyranno precatur; miratus Tyrannus ſibi faventem hominem, inquiſitâ causâ, diſcit, ideo id ipſum facere, ne gravior Tyrannus, poſt eum, Siciliæ regnum occupet: precationi inſuper ſuæ hoc addit, AB EXULE EXILIUM TIME.

Scena 3tia. A Dionyſio, hoc monito turbato, legati Syracuſani pacem poſcunt; hos contra jus Gentium, eidem junctos currui, captivos detinet, fruſtra quibusdam impedientibus Senatoribus.

Scena 4ta. Berinus Primas Siciliæ cum Senatoribus, ægrè ferentes natorum confuſionem, ſecuritati publicæ violatæ & ſorti ſuæ condolentes, ſchedam á Legatis captivis accipiunt: ex qua diſcunt, Dionem Syracuſanum contra Tyrannum militares copias ducere, & fauſtè, modò illos contrarios ſibi non inveniat. Conſpirant contra Dionyſium.

Scena 5ta. Dolinum ſancitam ſecum conſpirationem ruminantem, Timor & Adulatio ad revelationem ejus inducunt; aſſentitur eis Dolinus.

Chorus 1mus.

Syracuſæ fatiſcenti ſub Tyrannide Siciliæ opem ferre nituntur: Timor & Adulatio negotium faceſſit.

Interludium.

ACTUS 2dus.

Scena 1ma. Dionyſius memor moniti ſibi á mendico dicti, de exulibus ſciſcitatur. Berinus, ſpe liberandi captivos ductus, Legatos Syracuſanos exules eſſe dicit, hinc favens Syracuſanis judicatur, jubetur captivis captivus ſociari.

Scena 2da. Dolinus gnarus phantaſiæ Tyranni, cui non aliter lætus inducitur animus niſi ſangvine; inſinuat ſaltum ſagittariorum, quorum mos eſt, peractâ ſcenâ propriis configi ſagittis. Tyrannus eum confici jubet ex legatis & Senatorum filiis: qui ut melius fiat, tempori indulget.

Scena

Scena 3tia. Idem hanc voluntatem Tyranni saltaturis notam facit, inducitq; ut locò sui, regem sub exitum saltûs, interficiant.

Scena 4ta. Dionysio ad spectandum proficiscenti Dolinus sancitam conspirationem patefacit: literas conjurationis præsentat, & saltûs futuri exitum insinuat. Iubet Rex saltatorium lusum differri.

Chorus 2dus.

Tyrannis, Timor, Adulatio Siciliam torrenti sangvinis suorum immergit: quo obrueretur, nisi Sapientia & Amor Patriæ, opem porrexissent.

Interludium.

ACTUS 3tius.

Scena 1ma. Dion Syracusanus quondam Siciliâ exul, sub specie peregrini, statum Siciliæ cogniturus, pergit. Discit à quodam aulico futurum spectaculum, occultus huic interesse statuit.

Scena 2da. Ptolemus Præfectus regiæ cohortis, militem armatum, jussu Regis, in theatro saltûs futuri locat, saltaturi in idem inducuntur.

Scena 3tia. Dionysius occultâ catafracturâ munitus, saltui interest, quo exacto, ubi sagittarii condictamen explere conantur, refractis sagittis delusi, omnes iisdem confici adiguntur, exceptis natis Dolini.

Scena 4ta. Dionysius Berino ex carcere educto, aliisq; conjurationis scelus exprobrat, propositâ schedâ, nomina eorum continente; id negantibus, testem Dolinum adducit, pœnam omnibus assignans, ut certantes cum bestiis, culpam diluant: cujus certaminis se spectatorem appromittit.

Scena 5ta. Berinum & Senatores sorti suæ condolentes, & perfidiam Dolini incusantes, Dion peregrinus solatur, consiliumq; dat, ut locò ferarum, fictitias substitui curent: ipsum verò se cum exercitu, sub tempus certaminis, adfuturum appromittit. Eligitur ad hoc munus Zarastes, ultimus Senatorum.

Chorus 3tius.

Sapientia & Amor Patriæ, Timorem & Adulationem Tyrannidi in Siciliam sævienti arma subministrantes, iisdem confici adigunt.

Interludium.

ACTUS 4tus.

Scena 1ma. Zarastes theriotrophium ingressus, filios Dolini Faustulum & Cordulum, post saltum quiescentes, reperit, ope magiæ, (utpote peritus) facies eorum leprosas reddit, exitum rei ipse latens præstolatur.

Scena 2da. Excus' somno, ficti leprosi semet non agnoscunt: hic ubi se Cordulus Cordulum, & Faustulus Faustulum esse fatentur; contentiosi invicem perimuntur, species utriq; redit.

Scena 3tia. Zarastes gladium cruentum, quo se interemerant, accipit, & Leucatæ filij Præfecti theriotrophii, non procul quiescentis, extracto illius, vaginæ inserit.

Scena 4ta. Præfectus theriotrophii obvius Zarastæ, furiis impetitur ab eodem, ob occisos filios Dolini: author necis inquiritur, judicatur is esse Leucates; cuius vaginæ gladius cruentus inclusus invenitur. Zarastes fingit se id relaturum Dionysio, supplicemq; Præfectum ad id inducit; ut locò verarum, fictitias in theatrum substituat feras. Nati Dolini á feris discerpti finguntur.

Chorus 4tus.

Genio Dionysii Sapientia suum, Tyrannis suum aperit theatrum; hæc ut ejus inflammet in Siciliæ interitum, animum, furias evocat; quibus excitatum Sapientia lenit, & ultimum in theatro suo gradum illi assignat, ut sibi, inter Pueros, lenitatem d scat.



Interludium.

ACTUS 5tus.

Scena 1ma. Milites saltu præludunt certamini futuro, producuntur feræ, certaturi cum illis, futuram sortem suam deplorant.

Scena 2da. Dionysio ad spectaculum venienti, ex feris quædam monitum revocat: AB EXULE EXILIUM TIME. Repetente id ferâ, territus ex theatro cedit.

Scena 3tia. Dolino nati á feris discerpti proponuntur: hic Dionysio id manifestatuius, ex loco certaminis abit.

Scena 4ta. Dion ex condicto cum exercitu adest, Regis locum in theatro occupat.

Scena 5ta. Dionysius furiâ correptus in theatrum insilit, videt Regium thronum, ab exule ocupatum, amenti similis, â Syracusanis comprehenditur; hic multis insultantibus, de sapientia sua quædam aptè respondet; Dioni sibi exilium indicenti, Sapientiam in eo profuturam dicit.


Scena 6ta. Dion Tyranno exacto, Senatores suis restituit officiis: Dolino ob violatam justam conjurationem, lingvam præscindi jubet: id mox præstatur.

Epilogus.

Sapientia calcatis Tyrannidis, Timoris, & Adulationis, insistens capitibus, triumpho suis affectis designato, nomina eorum promulgari imperas scenâ clau

Ad M. D. G. Bq; V. M. S. L. O. C. Honorem.

Exhibuit M. Gorkowic


Biblioteka Jagiellońska
stdr0022188

